


No 8790



SIDR0015369

Biblioteka Jagiellońska

No 8790



C7854
Uc 8790

INVENIETUR ET LACHRIMÆ
Super luctuosissimum obitum
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI

SIGISMUNDI III.

REGIS POLONIÆ, MAGN. LITH:
RVSS: PRVSS: MASO: SAMO: LIVO: TERRÆQ;
SEVERIENSIS DVCIS, NEC NON SVECORVM,
GOTHORVM, WANDALORVMQ; HÆRE-
DITARIÏ REGIS, &c. &c.

Domini nostri [dum vivebat] Clementissimi,
Qui anno 1632. die 30. Apr: placida & fe-
lici morte nobis ereptus & in sanctorum con-
sortium susceptus est.

Scripta & fusa consternato animo
& mœstâ manu
AB
ERNESTO XYLANDRO,
GOLNOVIO POMERANO,
Philos: Studioso.

Thren: Hierem: 5.
Gaudia nostra jam finem vident, & jubilatus no-
ster in ploratum & luctum versus est: Coro-
na capitis nostri concidit, ah, ah! tam gravi-
ter quod peccavimus.

DANTISCI,
Typis exscribat GEORG: RHETIUS, Illust.Reipub:
& Gymnasia Typographus. ANNO 1632.

NÆNIÆ ET LACHRIMÆ

Super luctuosissimum obitum

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI,

DOMINI
SIGISMUNDI III.

REGIS POLONIÆ, MAGN. LITH:
RVSS: PRVSS: MASO: SAMO: LIVO: TERRÆQ;
SEVERIENSIS DVCIS, NEC NON SVECORVM,
GOTHORVM, WANDALORVMQ; HÆRE-
DITARIÏ REGIS, &c. &c.

Domini nostri [dum vivebat] Clementissimi,
Qui anno 1632. die 30. Apr: placida & fe-
lici morte nobis ereptus & in sanctorum con-
sortium susceptus est.

Scripta & fusa consternato animo
& mœstâ manu

AB
ERNESTO XYLANDRO,
GOLNOVIO POMERANO,
Philos: Studioso.

Thren: Hierem: 5.

Gaudia nostra jam finem vident, & jubilatus no-
ster in ploratum & luctum versus est: Coro-
na capitis nostri concidit, ah, ah! tam gravi-
ter quod peccavimus.

DANTISCI,

Typis exscribat GEORG: RHETIUS, Illust.Reipub:
& Gymnasia Typographus. ANNO 1632.

POTENTISSIMO ET SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DNO. VLADISLAO SIGISMUNDO,
Svecorum, Gothorum, Wandalorumq; Hæreditario
Regi, Principi Poloniæ, Electo Magno Duci Moscoviæ,
Smolefcensis, Severinensis & Cernihoviensis
Ducatum Administratori. &c. &c.

NEC NON

Serenissimis & Reverendissimis Principibus ac Dominis,
DNO. JOHANNI CASIMIRO, &c.
DNO. JOHANNI ALBERTO,
Episcopo Cracoviensi. &c.
DNO. CAROLO FERDINANDO,
Episcopo Neiffensi. &c.
DNO. ALEXANDRO CAROLO, Ex

Principibus Poloniæ. &c.

Dnnnn. Meis Clementissimis,

S. P.


POTENTISSIME REX, SERENISSIMI PRIN-
cipis, Reverendissimi Domini, Domini Clementissimi. Omnium
temporum memoria testatur, magnorum Regum & Heroum funera non so-
lum pompose & solenniter terra, è qua desumpta, reddita, sed etiam lachrymis & flo-
ribus conspersa, plurimisq; poetarum monumentis decorata & illustrata fuisse, Hinc
etiam factum est, ut in hodiernum usq; diem eorum egregia facta laudentur & præ-
dicentur; hinc eorum virtutes nulla temporum oblivio vel obruere vel delere potest.
Quis augustissimum illum Augustum? Quis magnum Alexandrum? Quis Julium
Cæsarem? quis alios innumeros fuisse assereret, si non poetarum monumenta exta-
rent. Cum ergo Serenissimi Principes, Clementiss: Domini, Potentissimum Vestrum
Patrem, Regem invictiss: Dominum nostrum, dum vixit, Clementiss: invidas Parcas
è vivis abstulisse ante aliquot menses lachrymosus rumor nobis promulgavit, complu-
sculos dubio procul repertos esse autumo, qui obitum hunc docto & polito carmine de-
ficerint, atq; illustrata, quæ infinita sunt, Magni illius Regis facta Cedro vivaci inscri-
pserint & posteritati commendarint. Quorum exemplo & communis luctus
beia commotus ego, qui alias poësis studio maximè flagro, sermore, nescio quo, vile hoc
carmen effudi & concinnavi.

Subiectissimâ ergo & Supplici mente vos, Potentissime Rex, Serenissimi Prin-
cipes accedo, vobis hunc meum laborem qualis etiam sit, devotè inscribo & dedico,
Vosq; obsecro, ut Regio & Clementi animo suscipiatis & Aurâ vestri favoris me exhi-
laretis & affletis, Rogo Deum Regem Regum, ut vos Regno, Ecclesia, Vestris ditioni-
bus, vestris subditis, nobis, Musis, omnibusq; aliis quàm diutissime sospitet florentes &
incolumes. Salvete & florete Potentiss: Rex, Sereniss: Principes, Domini Clementiss:
Dabam ex Vrbe Vestra Regia Dantisco, Idib. Septembris Anno 1632.

S. Reg. Maj. & Sereniss: V. Celsit.

Subiectiss:

ERNESTUS XYLANDER.



Vdi iterum nostros tristis Polonia
planctus,

Audi iterum gemitus, Prussia
mœsta meos.

Audi iterum Regni nostros mœ-
stissima luctus

Turba Ducum, Procerum, no-
bilitata cohors,

Cresce iterum largis lachrymarum *Vistula* rivis,

Cresce iterum fletu, *Rhodane*, cresce, gemit.

Tu mea perpetuis tabesce *Thalia* querelis,

[ut video] ad querulos non nisi nata metros.

Flevimus *AUSTRIACÆ* vix aspera fata *Ducissæ*,

Confortis quondam, *REX SIGIMUNDE*, tuæ;

Nunc nova materies, similis, graviorq; priori

Infert se, querulo nec reticenda sono.

Fata *SIGISMUNDI* nostri properantia *REGIS*,

Sumere nunc iterum *Tristia* plectra jubent.

O decus, omne decus Regni, Rex inclyte, Regum

Gloria, *Cracovicæ* splendor honosq; domus,

Non tali versu nobis, non exequiali

Carmine, *REX* [eheu!] chare canendus eras.

Plurima cepisti nostri monumenta laboris,

[Dum voluere *Dii*] princige digna viro.

Nunc ubi fossa jacent hasta tua corpora lethi

Inferias tumuli solvimus ecce tibi.

O *Borussiados* decus, ô *Polonidos* ora,

Tene etiam potuit tollere parca ferox!

Nec genus, aut pietas, tua te nec splendida virtus,

Tam fato poterant eripuisse gravi?

O genus attonitum, non exorabile Numen!

O superi quid non eripit hora sequens?

A 2

O fallax

VHs 1170791

O fallax hominum, liquidoq; simillima somno
 Vita, quid hic firmum? quid precor orbis habet?
 Horrida mors, arcuq; minax & falce recurva,
 Immanis Regum colla secatq; Ducum.
 Per loca cuncta furens, errans sine lege vagatur.
 Injicit & validas omnibus æqua manus.
 Plura vetant lachrymæ confusa per ora fluentes
 Scribere, turbatur mens, calamusq; labat,
 Tu fer Apollo pedem huc, Citharâ fidibusq; relictis
 Quem canimus casum non decet iste sonus.
 Aonides celsi decus huc Heliconis adeste,
 Tristia dent tristem Barbita vestra sonum.
 Barbita nunc fileant non dent fera classica motus,
 Sint dolor & lachrymæ, quod fuit ante melos.
 Cur ita? Namq; jacet properatâ morte peremptus
 Qui requiem vobis temporibusq; dedit.
 SIGISMUNDUS vester rerum cui summa potestas,
 Mecenas cunctis qui fuit, ille jacet.
 Qui Pandionias Musas artesq; colebat,
 Catholicamq; piâ religionem fidem.
 Qui placidos longâ populos in pace regebat
 Pacis amans ipse, Pacis & author erat.
 Quantus Alexander, Cirus Pompeius armis.
 Tantus hic ingenio consiliisq; fuit.
 Quid moror? illius trutines si pondere vitam,
 Quis virtute illo, quis pietate prior?
 Parcere subjectis nôrat punire rebelles,
 Qua potuit, juvit, parte juvare, bonos,
 Tardus erat pœnis Princeps, ad præmia velox
 Tristia decernens, Tristis & ipse erat.
 Non hominem spectans non munera divitis auri
 Jus inopi tribuit divitibusq; suum.
 Quos graviter pressit paupertas indiga rerum.
 Hos juvit largâ, munificaq; manu.

Mygdonii

Mygdonii talis Thitoni & Nestoris annos
 Immò in perpetuum vivere dignus erat.
 Horrida sed summis nimium mors invida rebus,
 Præproperè veniens abstulit hunc DOMINUM,
 Proh mortis feritas! proh fata immania Parca!
 Turpe est hîc rapidas vos habuisse manus.
 Tot cœlo invisi Cyclopes, mille Tyranni
 Humanæ pestes pondera terra tibi
 Vivunt, at quidquid terris mors improba spectat
 Utile, præproperans in sua castra trahit.
 Sic rosa, sic violæ primâ moriuntur in herba
 Candida nec toto lilia mense nitent.
 At contra tribuli & malè noxia gramina spinæ
 Nec metuunt ventos, pulsa nec imbre cadunt.
 Sed neq; *dive* jaces PRINCEPS, neq; totus in urna es,
 Pars etenim restat maxima viva tui.
 Mors infesta quidem tulit ægri corporis umbram
 In gremium Christi mens pia fecit iter.
 In cineres atros redierunt flaccida membra
 Vivax fama replet Solis utramq; domum.
 Ampla SIGISMUNDI quem non pervenit in orbem
 Fama? *Patris* nomen quoque sub axe latet?
 Quæ mare, quæ tellus, quæq; ambit pontus & æther,
 Tristia sunt obitu, REX *venerande* Tuo.
 Te *Nati* lugent *Polonia, Prussia,* & omnes
 Regni hujus *proceres* nocte dieq; gemunt.
Austria Te queritur, mœsti tua funera lugent
Ausonici Proceres, Pannoniciq; simul.
Hesperii populi quosq; *India* sole perurit
 Asperat aut rigidum quos Aquilone gelu.
 Qui *Rhodanum, Ligerimq;* bibunt, magnûq; *Garumnam,*
 Deplorant obitum REX *venerande* Tuum.
 Te mare, Te fontes, Te concita flumina deflent,
 Quæ mundi nitidus, cernit uterq; polus.

A 3

Tene-

Te nemora & sylvæ lugent & Oreades udæ,
Tristata est fato quælibet herba Tuo.
Luctifono gemitu, gentilia signa, leones
Testantur Dominum te periisse suum.
Tecum cuncta mori, Tecum interiisse videntur,
Singula, pax Tecum, Relligioq; jacent.
O fera factorum series! immota Deum Lex!
Tempore quam constant, optima quæq; brevi!
O parca feritas! ô ferrea jura sororum!
Ah *virtus* nondum debuit *ista* mori.
In nostro *Domino* quæ si spectanda fuisset
Dignus ob hanc PRINCEPS ne moreretur erat.
Sed jacet heu omnem meritis superare senectam,
Nec mors commota est dotibus atra suis.
Cum vita tituli vacuas abiêre per auras,
Quod bona fors dederat, mors inopina tulit.
O mortis vehemens & ineluctabile fatum,
Annorum hæc series non properanda fuit.
Quæ non à tali retrahebant funere dextras
Poenè Deos cogent improba fata mori.
Sed tamen haud totum Te mors SIGEMUNDE peremit
Inclyte, nec totum Te fera fata tenent.
Forma quidem periit, cines factaq; frigida membra
In tumulo foedis vermibus ossa jacent.
Lege soluta necis Tua sed mens atria cœli
Incolit, in tanta sede quieta manet.
Huc ubi, quem coluit, dum vixit pectore firmo,
Salvandas *Cruciger* protegit *Agnus* oves.
Restat & exiguum tempus clangore tubarum
Quando Dei veniet gnatus ab arce poli,
Corpora tunc subito tumulis putrefacta resurgent
Et referent vitæ, glorificata, decus.
Perpetuoq; animæ vinclo conjuncta priori
Intrabunt vitam non moritura novam.

Quam

Quam redimens *Christus* profuso sanguine mundum
Christicolis, gratis donat habere suis.
O ter felices, quibus obtigit ista voluptas!
Quam neq; mors minuet, flamma, nec ignis edax.
O fortunatum PRINCEPS Te credimus esse,
Quod tua mens savæ est lege soluta necis.
Mors est facta Tibi somnus requiesq; laborum,
Cessârunt curæ congenitusq; dolor.
Nos vivos morbi, nos mille pericula Mortis
Angunt, nos dolor, & cura, laborq; manent.
Tu Sathanam, mundum, carnem, Tu spicula mortis
Vicisti, Sancto junctus es hincq; Choro
Nos Sathanas, rabidus tanquam Leo, circuit hostes,
Quærens quem dirâ fauce vorare queat.
Tu Paradisiacos Christi deductus in hortos,
Expers curarum regna beata colis.
Conscia perpetui, nostras Metanæa doloris
Per validâ mentes anxietate premit.
Tu placidâ vivis requie, curisq; solutus
Gaudes, æthereis perfruerisq; bonis.
Nobis nulla quies, nobis concordia nulla est,
Angimur hei variis hoste minante modis!
Cum Ducibus Reges horrentia prælia miscent
Gens contra gentem ferrea bella movet.
Relligio friget, fratrum dilectio rara est,
Scortari laus est, fasq; decusq; jacent!
Negligitur pietas, miscentur Sacra profanis,
Regnat avaritiæ Luxuriæq; malum.
Deniq; sunt Sectæ, Pestes, penuria, Panis
Atra fames, loca sunt cuncta referta malis.
Tu quod ab ærumnis his, hocq; labore solutus,
Per necis attritum es cuncta trahentis iter.
Gaudes & lætus vitæ melioris honore
Perfrueris, cœli & gaudia vera capis.

Gaudia

Gaudia quæ nemo audivit, quæ lumine nemo
 Vidit, quæ nemo tangere mente potest.
 Jam demum sentis, quàm dulce sit atq; decorum
 Ponere per mortem, triste laboris onus,
 Esseq; cœlicolas inter, cœtusq; beatos,
 Cernere & in Trino Numine Numen idem.
 Sit tibi sed facilis Jovæ, sit placabile cœlum,
 Lateturq; tuus Spiritus ante Deum.
 Salve REX Salve, Salve venerabile corpus
 Salve, ser mentis munera grata meæ.
 Et vos quos istoc exorno carmine manes,
 Et quibus hos querulos dat mea Musa sonos.
 Ter salvete mihi, lætiq; palatia cœli,
 Incolite, & vobis dum quoq; jungor ego.
 Desino plura loqui, Salve venerabile corpus
 Dum mundi triplex flamma resolvat opus.
 Sit tibi terra levi: tua molliter ossa quiescant,
 Sitq; tuo cineri paxq; soporq;, Vale.

QVERIMONIA POLONIÆ
 De obitu Sereniss: Regis.

Heu dolor! Heu fatum! quid enim
 Polonia tantis
 Totq; afflicta malis, ego mæsto prolo-
 quar ore
 Nunc aliud? si quis sedeat conclusus
 in unâ
 Forte domo, glomeret quam circum
 incendia ventus,
 Mox etiam in mediis acies vulcania tectis
 Serviat: isne suæ daret æqua silentia linguæ?

Annon

Annon continuis clausas mugitibus ades
 Vndiq; completeret, dum spiritus ullus in ipso
 Esset, opem rogitans per terræ & numina cœli?
 Ecquid ego infelix faciam? quæ spes mihi restat?
 Eloquar an sileam? latos quam duxerat ante
 Aurea libertas per agros, nunc carceris umbra
 Servitium in turpi tenet insuperabile circa
 Circum flamma furit: Clamo, fleo, conqueror, oro,
 Posco redemptores: nemo est qui fletibus aures
 Commodet: Ecce rapax, Ecce ô cervicibus instat
 Flamma meis: Mavors hac parte ferocibus armis
 Diverso motu variisq; tumultibus ardet.
 Illic Tysiphone furit, & contagia spargit
 Pestifera in tristes pecudumq; hominumq; catervas;
 Parte aliâ male suada fames sese exerit, ardent
 Sic medios inter complexus omnia nostros.
 Et tamen est nemo, quem funestissima rerum
 Conditio moveat, quiq; his me tristibus ævi
 Casibus eripiat, pereo jam deniq;, quæ tot
 Ante invicta steti; & gessi data sceptrâ per annos.
 Iamdudum implorata mihi per vota potentum
 Multorum auxilia, at non dum impetra fuerunt:
 Pauci equidem mihi ferre pedem voluere: sed illos
 Mors cita præripuit ducentum ex ordine vitam.
 Nec dum etiam finem facit: Ecce repente petitum
 Præripit illa virum & talem, qualem ultima mundi
 Vix habitura ætas, magno de stemmate natum,
 Pacificum, justum, Romano à Cæsare primum.
 Hic ille est, notum quem fecit ad æthera præstans
 Illustris pietas animi, constantia & ardor.
 Hic ille est Heros, cujus Polonia vitam
 Est experta fidem: quoties me fasce tegebat
 Imposito, sub quo vita amittenda fuisset?
 Hic ille est per quem (non sic ingloria) Marte

B

Post ha-

Posthabito exegi placidos feliciter annos,
 Venturos quoties motus prævidit, & idem
 Præcavit, quando & quantum res apta sinebat,
 Hic ille est, leges qui conservare suosq;
 Iustitiâ studuit populos, pensare solbat
 Qui causas (pauci quod agunt) sine amore, sine ira,
 Me quoties pressam bonus extulit ille Redemptor
 Et partes stetit ante meas, & fidus Achates,
 Quando me premerent alii atq; emungere vellent:
 Hic ille est qui me postquam novus impetus orbi
 Christicolum ostendens sese, est nova bella minatus,
 (Quæ modo vicinis dicuntur gliscere terris,
 Di benè fortunent) Qui me inquam suaviter ulnis
 Ipse suis gessit, primamq; hanc pectore curam
 Versavit, ne me flammis prius undiq; septam
 Irruitura darent mox totam incendia fumo.
 Eximium hunc Dominû, Dominû quid dico? Parentem
 Dulcius & si quid venerandi est voce Parentis,
 Hunc medias inter clades confusaq; mundi
 Tempora, quæ nullus tanto in discrimine rerum
 Esse unquam meminit, Sanctissima dextera Christi
 Eripuit terris; cæliq; locavit in aulam;
 Liber ubi à curis, quibus hic fuit obrutus, ævum
 Mille, Satellitio superûm stipatus, ut Heros
 Exigit, atque acti fruitur mercede laboris.

Salve sancte parens, mea spes, mea gloria, Salve
 Ingens præsidium Regni columenq; tuorum
 Tene ego non lachrymis, non quæstu prosequar, orba
 PATRE, sui siquid confuso hoc turbine rerum,
 Te vivente fui: Quam falso ur gente, rumis
 Proxima sepe fui? quoties mihi genua labarunt?
 At Te stante steti Tu fulcrum forte fuisti,
 Nunc cado, nunc morior, quia tu per prælia Mortis

Luce

Luce cadis: nobis fors una, sed exitus instat
 Diversus, cæli tu rursus in arce potiris
 Vita usu: tellus, quæ fœda cloaca malorum est,
 Me tenet, Optatâ Tu consuetudine Divum
 Ipsusq; Dei frueris, commertia quovis
 Cum scelere imbutis ego cogor habere maniplis.
 Letitia seges ampla Tuo est in pectore, Rides:
 Tristitiæ seges ampla meo est in pectore, ploro.
 Tu speras meliora, bonis præsentibus illic
 Vteris: hic spero pejora, malisq; subinde
 Spreta ego scrutior! Tu liber es, & benè tutus:
 Capta ego sum, multisq; simul stipata periclis.
 Tu cum gente piâ & Cæli cum Rege triumphas.
 Bella ego gesto ferâ cum gente & Rege Barathri.
 Tu non Fata times alios ventura per annos:
 Ast ego venturis quando mentem applico rebus
 Horresco, & timeo **TUTA OMNIA**, nil nisi clades,
 Pestis, bellas, fames, & tristia quæq; sequentur,
 Vnde sciam quæris? præsens fortuna statusq;
 Et tuus hic abitus parit hæc præfagia menti.
 Sicut enim verum est hoc: bis duo quatuor esse,
 Sic verum hoc etiam: Quoties mortalibus agris
 Ob delicta graves vult tandem insigere pœnas
 Iustus & iratus scelerum Deus ultor & osor,
 Morte prius subitâ, quos diligit, amovet ille,
 Ne sint Exitii pars, & fata, horrida fata,
 Ne videant, iterum nunc nunc tristissima nobis
 Impendit rerum facies: certè impete magno.
 Dextera Sancta ruet mox nostra in terga Tonantis.
 Gratulor ergo Tuæ, Rex invictissime, Sorti,
 Nec magis in video, quin letor ab omnibus esse
 Casibus immunem, nec mira hæc posse videre,
 At mihi deserta, quæ sunt facienda futuro
 Tempore, nec fatis succumbam talibus? ecquid

B 2

Est re-

Est reliquum, Venerande Parens? quis partibus addet
 Se nostris? partesve tuas quis d' inde subibit?
 Cura mei cujus præcordia ceu tua tangat?
 Haud scio. Supremi per quem stant cuncta caduntq;
 Præsidis arbitrium sequar inviolabile & uni
 Committam mea fata Deo; dabit his quoq; finem,
 Ac amissa mihi spes quando videbitur omnis
 Respem restituet, meliusq; juvabit inermem,
 Quam sperare licet, quam votis poscere justum est.
 Ergo summe Parens vitæ Servator & Author,
 Regnorum, Regumq; dator, qui immobile servas
 Ius terræ in dominos, Supplex tua numina posco.
 Qualis erat Princeps, in felicissima cujus
 Iacturam feci, Talem mihi redde Patronum,
 Qui res Poloniæ fractas modò colligat, & post,
 Integret, aut ita si visum est tibi, deniq; mundo
 Extremum super-adde diem, non sanior unquam
 Profuerit medicina mihi, quam terminus orbis.
 Iamq; veni, auxilium neq; divide longius alme
 Humani Princeps generis, Mora dura roganti est.

 LUCTUS ET QUERELA
 Dantisci.



Ductores raptos DANTISCUM, Vrbs
 Regia, cernens
 Austriacæ Dominam prius, lau-
 de inclytam;
 Nuncq; SICISMUNDUM per plurima
 tempora patrem
 Charum DEO mortalibusque
 Principem;
 Ingemuit

Ingemuit, tristesq; dedit tristi ore querelas,
 Et talium quis finis (inquit) funerum?
 Quis me quis tandem miserum defendet? utrumq;
 Cum parca Tutorem mihi invidit ferox.
 Te pie *Christe* precor tu me defende relictum,
 Tu me tuere protinus mitissime.
 Et sobolem serves à nostro Rege Relictam,
 Cui sceptrâ destines relictâ, cui meos
 Committas olim cives pie *Christe* tuendos,
 Patres secutæ splendidis virtutibus,
 Atq; tui semper cultores nominis, atq;
 Bonæ tuentis usq; pacis ocia.
 Hoc meus exoptat tota cum plebe Senatus,
 Hoc ipsa poscunt, expetuntq; mænia.
 Tu mæstos solare Deus, lachrymasq; dolentum,
 In læta clemens verte rursus gaudia.
 Hosq; regas, qui nunc ad regia Sceptrâ vocati
 Sedent tuo, Deus ter alme, Spiritu.
 Sic tibi commissas regni moderentur habenas,
 Ut omne laudi ferviat, quod agunt, tuæ.

 EPITAPHIUM.



Et qui transgrederis pau-
 lum subsiste Viator,
 Cujus & hic, legito, con-
 tegat ossa lapis.
 EST SIGISMUNDUS, sua
 quem satis inclyta clarū
 Et fama, & virtus reddidit, Ille jacet.

B 3

Ipsa

Ipsa jacet *Pietas*, jacet ipsa *Modestia*, flecto,
 Cōmunis nostrūm dormit (eheu!) *Pater* hīc,
 Ergo brevis quam sit quorumvis discito vita,
 Esse vides verum: *Pulvis* & *Umbra* sumus.
Pallida mors equo pulsat pede *Principis* aulas
Atq; *Colonorum*, sordida tecta, casas.
 Sed ne te remorer, precor hęc his *Manib*⁹ opta,
SIGISMUNDE vale, sit tibi terra levis.
SIGISMUNDE vale, tua molliter ossa quiescant,
Aeternūm Salve, sit tibi terra levis.

ALIVD.

PRussia cum fragiles *SIGEMUNDUS*
 poneret artus
 Plena pii luctus, plena doloris ait:
 Pacis & armorum studiis clarissimus, orbi
 Attulerat Princeps gaudia viva togæ,
 Fautor & Aonidū custos, Quę quādo fuerunt,
 Hoc unum reliquum, ne moreretur erat.

ALIVD.

Fortē *SIGISMUNDUS* tumulo quod
 conditus hoc sit,
 Illum quodq; lapis contegat iste, pu-
 tas.
 Non jacet hoc tumulo, qui terras vicit & undas
 Hic procul à terris cœlica regna tenet.

ALIVD

ALIVD.

Murus concidit & columna fortis
 Terræ Polonicæ, jubarq; magnæ
 Virtutis, pietatis arx: & osor
 Pravæ barbariæ: Pater pudoris
 Et spes Castalidum, decus clientum:
 Cujus mors gravior putanda sano?



ANAGRAMMATA.

I.
SIGISMUNDVS,

per anagr:

Signum, Sidus.



SIGISMUNDVS TERTIVS,

per anagr:

Est Signum, Sidus ruit.



Sidus erat, firmum *REX SIGISMUNDVS* asylū,
 Sidus justitiæ, Sidus amoris erat.

Sidus erat regno, Polonia Sidus habebat

Clarum, cum vivus *REX SIGEMUNDVS* erat.

Et pietatis erat Signum, signumq; Pudoris,

Signum virtutis *REX* pius omnis erat.



AT ruit, ah Sidus nostrum! (quis talia fando
 Temperet à lachrymis?) Corruit ah! dolor! heu!
 Corruit ah sidus nostrum! quod dixero signum,
 Esse, Deum populos plectere velle suos.

B 4

Sed

*Sed Deus avertet mala: nam nova sidera surgunt,
Sidera, quæ versu jam mea Musa canet.*

II.
VVLADESLAVS SIEGISMVNDVS,
per anagr.

Euge laus, Salus, Sidus mundi.

EAus tua versatur Princeps per climata mundi,
Præsens cum studeas omnibus esse Salus.
Certa Salus nunc es regno, fortisq; columna,
Cum Patre subrepto Sarmata rura tremant.
Euge Salus populis vivas, laus, Sidus, & orbi,
Nec perimant Nomen tempora longa tuum.

III.
IOHANNES CASIMIRVS,
per anagr.

I, mane sanus, si hic ruo.

Polonia loquitur.

Sanusq; mane, sanus sis, Inclyte Princeps,
Si ruo dexter ades, dexter adesto, juva.
In medijs versor Polonia mæsta periclis,
Si ruo, si seruo cingor ab hoste, Veni.
Interea maneat Princeps Celsissime Sanus,
Robur cumq; tuis Fratribus esto meum.

IV.
IOANNES ALBERTVSS,
per anagr.

An est in orbe Salus?

Quæris in orbe Salus an sit? num dulce levamen,
Sortibus, Ohe miser! possit habere tuis?
Quæris

*Quæris? adest Princeps, pro certo divus asylo,
Nomine quem multo Numina summa beant,
Princeps, cui claves concredidit ætheris Altus,
Princeps, cuiq; simul Sceptra tenere dedit.*

V.
FERDINANDVS CAROLVSS,
per anagr.

Clarus fers dona nudis.

TE quoq; Carminibus, mea Musa, piissime Princeps,
Dicet, te Versu sancta Camæna canet.
Clarus oves Christi ducis, fers CAROLE nudis
Dona, tuos sancta religione beas.
Fecit idem Genitor cuius vestigia recte
Filius observat; Filius inde Pater.

VI.
ALEXANDER CAROLVS,
Αναγραμμαλιζόμενος:

Lux, decor, ara alens.

Effossis oculis nova lumina sumit hirundo,
Sic Pater, haud clausit lumina Parca tua.
Lux micat orta recens, lux filius ipse relictus,
Ardens imperij Fax simul atq; decor.
Quæritis auxilium miseri? lux ducit ad aram.
Prævia, quæ quosvis rite forebit, alet.

ALIVD.

VI.
Ως δένδρον ἐστὶ κοφθεῖν,
ἢ πιπτεῖ εἰς τὴ βαρρῆα,
ἢ ἡ Νότον τε ψυχρὸν,
Ἄπληρωται εἶτε,
ἢ λίβνον

Ἡ λίβνον Αθρακίνον,

Ἄσειστον ὡςτε κείται,

Καὶ ὀρθόειν εἰσὶδ

Ἄου δύναται τὸ δένδρον.

Ἄουτως ψαθυρός ἐστί

Ἄνθρωπος, ὅτι θνήσκει

Βίον τελευταί γε.

Ἡ χρησίμως τε θνήσκει

Κακῶς τελευταί ἤ.

Ἐι χρησίμως, ἐπαύρει

Τῆς χαρμονῆς ὀλύμπου.

Ἡ εἰ κακῶς τελευταί

Ἄιδίης Ζοφοῖο

Πισσωδέα Ζοφοῖο

Ἄφειγγέα Ζοφοῖο

Φερκτοῖο καὶ Ζοφοῖο

Ἄισθήσεται βασάνης.

Ἄ ΣΙΓΙΜΟΥΝΔΟΣ Ἄναξ

Ἡμῶν, καλῶς πρὸ γένω

Καὶ ἐντολὰς θεοῖο

Δίαθερος Ἄυλοκράτωρ

Πεφύλακ' αἰεν ἀγνώης.

Δία τῆτο Ἄυλοκράτωρ

Τῆς χαρμονῆς ὀλύμπου

Νῦν ἀτρεκῶς ἐπαύρει.

Ex pie sympathia affectu

ADPONEBAT

NICOLAUS SCRIBONIVS

Osnabrugo Westphalus.

Ἄναξ Σιγιμουνδος

Ἄνθρωπος, ὅτι θνήσκει

Βίον τελευταί γε.

Ἡ χρησίμως τε θνήσκει

Κακῶς τελευταί ἤ.

Ἐι χρησίμως, ἐπαύρει

Τῆς χαρμονῆς ὀλύμπου.

Ἡ εἰ κακῶς τελευταί

Ἄιδίης Ζοφοῖο

Πισσωδέα Ζοφοῖο

Ἄφειγγέα Ζοφοῖο

Φερκτοῖο καὶ Ζοφοῖο

Ἄισθήσεται βασάνης.

Ἄ Σιγιμουνδος Ἄναξ

Ἡμῶν, καλῶς πρὸ γένω

Καὶ ἐντολὰς θεοῖο

Δίαθερος Ἄυλοκράτωρ

Πεφύλακ' αἰεν ἀγνώης.

Δία τῆτο Ἄυλοκράτωρ

Τῆς χαρμονῆς ὀλύμπου

Νῦν ἀτρεκῶς ἐπαύρει.

Ἄναξ Σιγιμουνδος

Ἄνθρωπος, ὅτι θνήσκει

Βίον τελευταί γε.

Ἡ χρησίμως τε θνήσκει

Κακῶς τελευταί ἤ.

Ἐι χρησίμως, ἐπαύρει

Τῆς χαρμονῆς ὀλύμπου.

Ἡ εἰ κακῶς τελευταί

Ἄιδίης Ζοφοῖο


Πισσωδέα Ζοφοῖο

Ἄφειγγέα Ζοφοῖο

Φερκτοῖο καὶ Ζοφοῖο

Ἄισθήσεται βασάνης.

Ἄ Σιγιμουνδος Ἄναξ



Wiforia

Poloniae

○○○○○○○

○○○○○○○